Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26271
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et anima in spe nouitate gaudebit. Ita uero que ingenita
et aquadam prosapie antiquitate deducta consistere
in his quibus oblectata sunt concupiscent et origo carnis
et origo anime. Et libertas potestatis in duos diuiduntur
anima scilicet et corpus hominis noui que unum atque idem
uelle ceperunt diuisique tres duobus uel iacebunt in dna
tum eorum de spiritus nouitate potioribus. Et iccirco illi
qui domesticos nominum caritates dilectioni eius
pretulerunt. futurorum bonorum indigni erunt here
ditate. Pergit deinde eodem preceptorum et intelli
gentie decursu. Nam postea quam relinquenda
omnia que in seculo sunt carissima imperauit adiecit.

Qui non accipit crucem suam et sequitur me. non est me dignus.
et reliqua. Quia qui xpc sunt. crucifixerunt corpus suum cum uiciis et con
cupiscentiis. Et indignus est xpo qui non crucem suam
in qua compatiamur. commoriamur. consepeliamur. conre
surgamus. accipiens dnm sit secutus. In hoc sacramen
to fidei spe nouitate uicturus.

Qui inuenit animam suam perdet illam. Et qui perdi
derit animam suam propter me. inueniet eam.
Verbi scilicet potestate. et uetum diuisione uiciorum
proficiet. lucrum anime in mortem. et dampnum in salu
tem. Ergo suscipienda mors est in nouitate uite
et cruci dni configenda sunt uicia. Et aduersus persequen
tes contemptu presentium gloriose confessionis retinenda